BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA

COLLECTIO PSALTERII BEDAE VENERABILI ADSCRIPTA

EDIDIT

GERALD M. BROWNE



MONACHII ET LIPSIAE
IN AEDIBVS K. G. SAUR MMI

Gedruckt mit Unterstützung der Förderungs-
und Beihilfefonds Wissenschaft der VG WORT GmbH,
Goethestraße 49, 80336 München

Die Deutsche Bibliothek – CIP-Einheitsaufnahme

Beda <Venerabilis> :
Collectio psalterii Bedae venerabili adscripta / ed. Gerald M. Browne. –
Monachii : Lipsiae : Saur, 2001
(Bibliotheca Teubneriana)
ISBN 3-598-71229-4

Druck und Bindung: Druckhaus „Thomas Müntzer" GmbH, Bad Langensalza

PRAEFATIO

Hoc opusculum quamquam Beda in indice librorum suorum, quem ad calcem historiae ecclesiasticae gentis Anglorum (5,24) adiunxit, non nominauit—nisi id appendicem ad librum hymnorum diuerso metro siue rhythmo pertinentem duxit—ueri simile est ei adscribendum esse, ut J. Fraipont, qui nouissimus edidit, animaduertit: "... de eius genuinitate certe non constat. Tamen Bedae nomen prae se fert in tribus codicibus quibus asseruatur, et quorum uetustissimus (Coloniensis 106) iam saeculo IX ineunte transscriptus est ... Insuper Alcuinus hoc opus Bedae anno 802 laudare uidetur his uerbis: 'Psalterium paruum quod dicitur beati Bedae presbyteri, quod ille collegit per uersus dulces in laude Dei ex orationibus per singulos psalmos iuxta hebraicam ueritatem' (epist. CLVI [259], ad Arnonem, PL, C, c. 407 B...). Denique, psalmorum recensio quam patefaciunt hi nostri 'flores ex psalterio', proxime accedit ad textum 'insularem' Hieronymi uersionis ex hebraico. Quapropter non est cur Bedae hoc opusculum abnegetur" (CCSL CXXII, Turnholti 1955, 406).


Textus huius editionis pendet ex tribus testibus:

P = Parisinus (Bibl. Nat. Lat.) 1153, saec. IX (circ. 850), membranaceus, ff. 56^v-65^v (ex abbatia S. Dionysii)[1]

1 Cf. W. Meyer, Gildae oratio rythmica, Nachrichten von der Königlichen Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen, Phil.-hist. Klasse, 1912, 51-52.

C = Coloniensis (Domkapitel) 106, saec. IX (circ. 805), membranaceus, ff. 65-71[2]
T = Parisinus (Bibl. Nat. Lat.) 13.388, saec. IX (circ. 850), membranaceus, ff. 81^{v}-101 (e scriptorio S. Martini Turonensis)

Hi testes quomodo inter se cohaereant ex stemmate planissime intellegetur:



P textum optimum praebet, quamuis omissiones (12,4; 16,1.8; 24,18; 65,4; 102,1; 118,169; 142,9; 148,14) et menda (68,19; 85,17; 105,47; 112,2; 118,29.36.76.108. 116.165; 142,2; 146,11; 148,14; 149,4) contineat. **C** et **T** ex eodem codice descriptos esse suadent omissiones communes (3,4 et 7; 24,20-25,9; 27,7; 44,7; 53,4-54,2; 60,2; 62,2; 66,7-8; 85,12; 103,1; 106,8; 111,7; 117,8; 118,64; 142,8; 144,2; 145,2) et menda communia (31,5; 42,1; 47,15; 60,4; 69,2; 75,10). Praeterea suas uterque omissiones et errores habet: **C** omissiones in 5,2; 12,5; 15,1; 18,13-14; 44,18; 70,2; 72,28; 87,3 et errores in 2,11; 9,3; 19,8; 24,11; 26,1.7; 32,18; 35,8; 37,22.23; 41,2; 46,7; 49,8.10; 50,16; 62,4; 65,8; 70,4; 73,19; 79,8; 81,3;

2 Cf. L.W. Jones, Cologne MS. 106: A Book of Hildebald, Speculum 4, 1929, 27-61. Cuius manus si exemplum inspicere uelis, uideas W. Arndt, Schrifttafeln zur Erlernung der lateinischen Palaeographie II (ed. 2), Berolini 1888, Tab. 42.

83,13; 85,6.11; 102,1; 105,47; 113,9; 118,7.124; 138,8; 141,8; 147,18; 148,3; **T** omissiones in 9,33-11,2; 16,1-7; 39,2; 49,8 et errores in 38,9; 50,17; 61,6; 62,2; 78,8; 98,5; 105,3. Praeterea cum **T** in 5,9; 18,14; 102,1 lectiones praebeat quas **C** in margine habet, ueri simile est librarium **T** textum **C** postquam correctus esset legisse et hic illic lectiones in eo repertas in opus suum inseruisse.

Iam Fraipont animaduertit psalmorum in hoc opusculo recensionem proxime accedere ad textum "insularem" Hieronymi uersionis ex hebraico (uid. supra), h.e. ad codices IAK[3], quorum secundus (codex Amiatinus) unus est ex illis tribus pandectis Veteris et Noui Testamenti in monasterio apostolorum Petri et Pauli quod est ad Viuraemuda et Ingyruum ante a. D. 716 conscriptis. Quorum pandectarum textus Bedae ipsi, cum satis constet eum ad suos commentarios elaborandos consuluisse[4], etiam in hoc libello consarcinando praecipue usui esse poterat. Utique si quis apparatum criticum huius editionis inspexerit, facile comperiet quotiens textus opusculi ad A (una cum IK aut sine eis) quadret: uid. ad 24,18; 30,2; 32,22; 48,16; 50,19; 82,19; 104,5; 108,21; 112,2; 118,165; 139,2. Sunt autem loci ubi auctor, A (± IK) secutus, lectionem falsam praebere uidetur: cf. ad 9,33; 20,14; 32,22; 34,9; 52,7; 63,2; 87,3; 99,2. Etiam plures sunt loci in quibus textus cum A (± IK), accedentibus aliis codicibus, congruit: uid. e.g. ad 7,3; 16,15; 18,13; 21,20; 24,5; 27,3; 32,18; 33,23; 37,23; 45,2; 47,15; 49,23; 50,3; 56,2; 60,3; 65,4.9; 66,2; 68,19; 70,1.2; 76,2.3; 83,13; 85,1; 100,2; 101,2.3; 102,4; 110,1;

3 Codices secundum editionem Vulgatae Stutgardiensem (infra, n. 9) cito.

4 Vid. S. Connolly et J. O'Reilly, Bede: On the Temple, Liuerpulae 1995, liv-lv; cf. etiam M.L.W. Laistner, Bedae Venerabilis expositio actuum apostolorum et retractatio, Cantabrigiae, Mass. 1939, xxxix.

117,7; 131,14; 137,1; 140,3; 149,6.

Fraipont demonstrauit nonnulla in **C** et praesertim in **T** Psalterio Gallicano (g) accommodata esse (uid. op. laud., 452), ut ex apparatu nostro facile apparebit, ubi maximam partem hae lectiones et in Psalterio Romano (r) reperiuntur: uid. e.g. (in α) ad 5,2+[5]; 15,1+; 29,13+; 33,2+; 34,9+ (tantum g); 39,3; 56,2+; 58,2; 85,16+; 104,4; 106,9; 132,3+; 142,10 (tantum g); (in **C**) 16,5; 58,2 (tantum g); 118,7; (in **T**) 20,14; 27,3; 29,13+; 33,21+ (tantum g); 35,8; 46,7+; 50,12.19+; 53,3; 56,2; 62,3+.4+; 64,6; 65,9; 82,19.

Praeterea in nonnullis locis **C** et **T** cum Psalterio Romano solo congruunt (hic illic accedentibus codicibus uersionis iuxta Hebraeos): uid. ad 1,2+; 18,13+; 24,7; 47,15+; 56,2; 65,20+; 70,2.12; 85,7.16+.17+; 101,2+; 102,1.3; 103,31; (**C**) 5,9+; (**T**) 15,2+; 88,15; 111,1; 129,2. Sed et **P** nonnumquam cum Psalterio Gallicano uel Romano contra uersionem iuxta Hebraeos consentit: e.g. 5,4; 34,1+ (tantum r); 35,12+; 39,17 (tantum r); 51,10+; 58,17+; 102,4; 108,22+; 118,92+. Porro sunt loci ubi **PCT** simul lectiones e Psalterio Gallicano uel Romano depromptas praebent: e.g. 1,1+; 2,11+; 16,7; 33,21+; 35,10+ (tantum r); 40,5+ (tantum r); 94,7 (tantum r); 120,1 (tantum r); 142,11[6]; hi loci, qui archetypo adscribendi sunt, demonstrant auctorem huius libelli uersionem Hieronymi hebraicam hic illic psalterio in sacra liturgia usurpato accommodasse, fortasse quia hoc—ut tunc mos erat—ad uerbum edidicerat. Quoniam Beda ipse Psalterio Romano uti

5 + designat lectionem et in nonnullis uersionis iuxta Hebraeos codicibus (non autem in IAK) repertam. N.B. lectiones correctas non notaui.

6 Cf. etiam 106,8+ (ubi **PT** cum rg congruunt) et 118,7 (**PC** cum r).

consuerat[7], magni ad opusculum ei attribuendum momenti sunt illae lectiones solo in r repertae (uid. supra).

In hoc libello edendo, mihi quidem satis persuasum habeo textum cum A (± IK) congruere debere, nisi Psalterio Romano accommodatus sit. Hos autem locos, ubi auctor, A (± IK) secutus, lectionem falsam praebere uidetur (cf. supra), correxi. Textum, imaginibus **PCT** phototypice depictis usus[8], transscripsi et operam dedi quam maximam ut ueram speciem exprimerem. Colometriam horum testium, quae non semper cum editione Vulgatae Stutgardiensi[9] consentit, secutus sum; quorum rationem scribendi seruaui[10].

7 Cf. P.H. Blair, The World of Bede, Cantabrigiae 1990, 255-256. Cf. etiam Hist. eccl. (ed. Colgrave et Mynors, Oxonii 1969) 96,3-4 et 13-14 ubi Beda ps. 50,7 et ps. 6,8 secundum Psalterium Romanum citauit; sim. 136,8: ps. 67,7; 168,36: ps. 95,5; 342,29-30: ps. 17,15; 374,4-5: ps. 83,3; 426,18-19: ps. 65,5.

8 Dr. B. Swann et Prof. Dr. R. Merkelbach gratias habeo, utpote quorum mihi prior imagines testium **P** et **T**, alter testis C—qua erant beneficentia—subministrauerint; et Prof. Dr. M. Parca, quae Lutetiae Parisiorum **P** et **T** pro me inspexerit, gratias ago.

9 R. Weber et al., Biblia Sacra iuxta Vulgatam uersionem (ed. 4), Stutgardiae 1994.

10 N.B. Formis quae *d* in *ad* ante *f, n, p, s* in compositis seruant testes nostri non semper utuntur, nedum correctores eorum: 24,18 *adflictionem* **P*** : *aff-* **P**ᶜ (*humilitatem* α); 118,50 *afflictione* ω, 153 *adflictionem* **P** : *aff-* α; 50,17 *adnuntiabit* ω : *ann-* **P**ᶜ**T**ᶜ; 74,10 *adnuntiabo* ω : *ann-* **P**ᶜ; 34,2 *adprehende* ω : *app-* **P**ᶜ**T**ᶜ; 72,28 *adpropinquare* **P*** : *app-* **P**ᶜ (*propinquare* α); 48,16 *adsumpserit* **P*C** : *ass-* **P**ᶜ**T**. In quibus locis, nisi testes ipsi—non correctores eorum—contra conspirant, formas quae *d* habent imprimendas curaui. Cf. etiam 66,2 *inlustret* ω : *ill-* **P**ᶜ (sed in 12,4 *inlumina* non correctum est) et 41,2 *inrigationes*

Hoc opusculum nouissimus, ut iam dixi, in lucem protulit J. Fraipont (CCSL CXXII, Turnholti 1955, 406, 452-470), qui primus tribus testibus **PCT** usus est; nam editores priores singuli singulos dumtaxat testes usurpauerunt: A. Quercetanus (h.e. A. Duchesne), Alcuini opera, Lutetiae Parisiorum 1617, 252-264 (= Frobenius [Forster], Alcuini opera II, Ratisbonae 1777, 96-102; PL CI 569-579): **P**; E. Martène, Thesaurus nouus anecdotorum V, Lut. Par. 1717, 383-394 (= F.A. Giles, Bedae opera I, Londinii 1843, 221-239; PL XCIV 515-527): **T**; A. Wilmart, Precum libelli quattuor aeui Karolini I, Romae 1940, 143-159: **T** (cf. Fraipont 452). Editor autem nouissimus, quamquam ei **PCT** adminiculo erant, non semper eos recte legit, atque apparatum suum mendis impleuit; praeterea lectiones **T** ex editione Wilmartiana, non e codice ipso, exscripsit. Indicem etiam uerborum, qui ad libelli latinitatem indagandam usui maximo esse potuit, omisit.

ω : *irr-* **P**^{c}. Porro notanda sunt nomina sacra: 50,14 *iesu* **P*** : *ihsu* **P**^{c} : *ihū* α; 149,4 *ies(s)u* **P*** : *ihesu* **P**^{c} : *ihū* α; 78,9 et 84,5 *ihs̄* ω; 13,7 et 52,7 *israhel* **PC** : *isrl̄* **T**; 105,48 *israhel* **C** : *isrl̄* **PT**. Hic, ut mos hodie est, nomina non contracta curaui imprimenda. Notandae sunt etiam uariationes quales in 2,10 ubi pro *intellegite* **P*C** habent **P**^{c}**T** *-ig-* (sim. 5,2) et in 24,7 ubi pro *adulescentiae* **T** habent **P** *-do-* et **C** *-li-*; cf. 38,8 et 61,6 *praestolatio* **PT** : *-tu-* **C**. In 32,22 in **C** *exspectabimus* pro *exp-* **P** (*sperauimus* **T**) legimus (quamquam alibi—32,18; 37,16; 39,2; 146,11—omnes testes *exp-* praebent) et in 67,2 *exurgat* in **T** pro *exs-* **PC** (cf. 9,33 *exsurge* **P**^{c}**C** : *et s-* **P*** : deest **T**). Quas orthographicas quisquilias hic separatim colligere malui potius quam in apparatu critico distributas circumspergere. Praeterea animaduertat lector me uariationes inter *ae* et *e* in testibus passim repertas (e.g. 54,2 *depraecationem* **T**, 58,17 *mee* **T**) non notasse.

Quae menda tollere conatus, spero me psalterium paruum Bedae Venerabili adscriptum ad integram formam pristinamque reuocasse[11].

Urbanae G.M.B.
mense Decembri MCMXCVIII

11 Si plura eis quae in hac praefatione disserui de hoc opusculo doceri uelis, adeas B. Ward, Bede and the Psalter, Jarrow Lecture 1991, 10-14 et 18-32.

SIGLA

P	Parisinus 1153, ff. 56^{v}-65^{v}
C	Coloniensis 106, ff. 65-71
T	Parisinus 13.388, ff. 81^{v}-101
α	consensus **C** et **T**
ω	consensus **P** et α
P* **C*** **T***	ante correctionem
$\mathbf{P}^{a}$ $\mathbf{C}^{a}$ $\mathbf{T}^{a}$	uocabulum/a a correctore additum/a
$\mathbf{P}^{c}$ $\mathbf{C}^{c}$ $\mathbf{T}^{c}$	uocabulum/a a correctore mutatum/a
$\mathbf{T}^{r}$	in rasura
h	Psalterium iuxta Hebraeos secundum ed. Stutgard. (supra, n. 9)
r	Psalterium Romanum sec. R. Weber, Le psautier romain et les autres anciens psautiers latins, Romae 1953
g	Psalterium Gallicanum sec. ed. Stutgard. (supra, n. 9)
Rönsch	H. Rönsch, Itala und Vulgata, Marburgi 1875
Sainte-Marie	H. de Sainte-Marie, Sancti Hieronymi Psalterium iuxta Hebraeos, Romae 1954

N.B. 1) Textus huius editionis cum h et teste/ibus in app. crit. non nominato/is consentit: e.g. "et *om.* α" = "et **P** h : *om.* α".

2) Solos in h citatos codices (RFCI/ΣΑΚΘSL) usurpare soleo, hic illic alios, eisdem siglis usus ac Sainte-Marie (sed Λ loco Λ^L, Σ loco Σ^T, Ω loco Ω^M scribo).

3) In hrg citandis: + = cum; − = praeter; IAK. = IAK soli lectionem praebent; IAK = IAK et al. lectionem praebent (omnes testes apud Sainte-Marie citantur).

4) Colometria textus cum ω consentit. Hos locos in quibus testes inter sese discrepant in apparatu altero notaui, ubi, secundum usum testium, littera grandis (e.g. *Rex, Dominus*) uersum nouum designat, minuta (*rex, dominus*) uocabulum cum uersu praecedenti coniungit. Qui apparatus, ut prior, negatiuus est: e.g. "rex α" = "Rex **P** : rex α" (h.e. in **P**—uid. 5,3—*Rex* primum noui uersus uocabulum est, ut in editione mea—sed *rex*, ut mos hodie est, scripsi—, in α *rex* cum praecedenti coniungitur).

5) Versus in hoc opusculo, ut in Psalterio ipso, usurpati bimembres esse solent; nonnumquam autem trimembres (e.g. 49,1.8) et unimembres (e.g. 49,10) inuenies, hic illic et quadrimembres (e.g. 85,3.4). Quam colometriam per interpunctionem enucleare conatus sum, saepenumero usum uiri docti J.M. Harden, Psalterium iuxta Hebraeos Hieronymi (Londinii 1922), secutus, necnon et testium ipsorum, praecipue **T**; cuius distinctiones, interdum etiam in **P** et **C** repertas, ad colometriam cognoscendam utiles in apparatu altero notaui.

COLLECTIO PSALTERII BEDAE

1 [1]Beatus uir qui non abiit in consilio impiorum, et in uia peccatorum non stetit, et in cathedra derisorum non sedit.
[2]Sed in lege Domini uoluntas eius, et in lege eius meditabitur die ac nocte.
[3]Et erit tamquam lignum transplantatum iuxta riuulos aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo,
et folium eius non defluet; et omne quod fecerit prosperabitur.

2 [10]Nunc ergo, reges, intellegite; erudimini, iudices terrae.
[11]Seruite Domino in timore, et exultate ei in tremore.
[12]Adorate pure, ne forte irascatur et pereatis de uia.

3 [4]Tu autem, Domine, clypeus circa me, gloria mea et exaltans caput meum.
[7]Surge, Domine; saluum me fac, Deus meus.

Tit. Collectio Psalterii Bedae **P** : Dicta Bedae pr(esbyter)i (*in marg.* de singulis psalmis) **C** (*in ind.* Beati Bedae pr(es)b(yte)ri dulcissimi uersus collecti de singulis psalmis uel laude Dei et oratione, quod psalterium eiusdem patris nominatur) : Incipiunt uersi uenerabilis Bedae presbiteri collecti de singulis psalmis orationibus conuenientes cotidianis **T**

1 1 habiit **C*** | et[2] h (FCΣΘS) + rg : *om.* h | dirisorum **C**, *cf. Rönsch 463* || 2 uoluntas **P** h + g : fuit u. α h (Λ.) + r

2 11 exaltate **C*** | ei h (ΣS.) + rg : *om.* h

3 4 *et* 7 *om.* α

1 3 Quod[1] **C** | et[2] **C**

4 ²Miserere mei, et exaudi orationem meam.

5 ²Verba mea audi, Domine; intellege murmur meum,
³rex meus et Deus meus, ⁴quia te deprecor.
⁹Domine, deduc me in iustitia tua propter insidiatores meos; dirige ante faciem meam uiam tuam.

6 ²Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.
³Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum; sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea,
⁴et anima mea turbata est ualde; et tu, Domine, usquequo?
⁵Reuertere, Domine, erue animam meam; salua me propter misericordiam tuam.

7 ²Domine Deus meus, in te speraui; salua me ab omnibus persequentibus me et libera me,
³ne forte capiat ut leo animam meam, laceret et non sit qui eripiat.

8 ²Domine dominator noster, quam grande est nomen tuum in uniuersa terra.

9 ³Laetabor et gaudebo in te; canam nomini tuo, Altissime.

5 2 audi] auribus percipe α h (ΘS.) + rg | intellege *om.* **C*** || 4 quia] quoniam ad **P** + rg || 9 iustitia tua **PT** h + g : *trsp.* **C** h (RC) + r | meam ... tuam **PC*** h, *cf.* g : *trsp.* **C^a^T** h (Θ.), *cf.* r
6 5 erue **P***α h, *cf.* g : et e. **P^a^** h (RFΣ), *cf.* r | salua me *om.* α
7 2 me² *om.* α || 3 et (**T^a^**) laceret | eripiat α h (IAK) : eruat **P** h
8 2 quam *om.* **P**
9 3 nomine **C** | altissime h (CIΣKΘL) + rg: -mi (*cf. e.g. 26,7*

5 3 rex α
6 4 et¹ **C** | Et² **C** || 5 reuertere **C**

33(12)Exsurge, Domine Deus, leua manum tuam; noli obliuisci pauperum.

10 6Dominus iustum probat:

11 2salua nos, Domine.

12 3Usquequo exaltabitur inimicus meus super me? 4Conuertere, exaudi me, Domine Deus meus.
Inlumina oculos meos, ne umquam obdormiam in morte,
5nequando dicat inimicus meus: Praeualui aduersus eum.

13 7Exultabit Iacob, et laetabitur Israhel.

14 4Timentes autem Dominum glorificat Deus.

15 1Custodi me, Deus, quoniam speraui in te, 2dicens Deo: Dominus meus es tu; bene mihi non est sine te.

infra) h || 33-11,2 *om.* **T** || 33 exsurge (et s. **P***) + rg : surge h | deus *om.* **C** | noli] ne **C** h (A.) (*cf.* rg ne obliuiscaris), *quod si auct., A secutus, scripsit, corrigendum*

11 2 nos (*ex u. 8?, cf.* rg me) *om.* h

12 4 exaudi **P*** h + g : et. e. **P**a α h (RCΣΘ) + r | inlumina—morte *om.* **P** | morte α h (CIΣAKΘS) : -tem h + rg || 5 dicat *om.* **C***

14 4 deus *om.* **P** h + rg

15 1 me *om.* **C*** | domine (h [CΘ] + rg) deus α || 2 dominus **P** h + g : d. deus **C** h (Θ.) : deus **T** h (ΣLO) + r

10 6 dominus **C**
11 2 salua **C**
12 4 Conuertere **P** | inlumina **C** || 5 nequando **P**c
14 4 dominum· **T**

16 [1]Intende deprecationem meam, auribus percipe oratio-
nem meam.
[5]Sustenta gressus meos in callibus tuis, et non labentur
uestigia mea.
[6]Inclina aurem tuam mihi, audi eloquium meum.
[7]Mirabilem fac misericordiam tuam, saluator sperantium in
te.
[8]Custodi me quasi pupillam intus in oculo; in umbra ala-
rum tuarum protege me.
[15]Ego autem in iustitia uidebo faciem tuam.

17 [2]Diligam te, Domine, fortitudo mea.

18 [13]Ab occultis meis munda me; [14]a superbis quoque libe-
ra seruum tuum.
[15]Sint placentes sermones oris mei, Domine, fortitudo mea
et redemptor meus.

19 [8]Nos autem nominis Domini Dei nostri recordabimur.

20 [14]Exaltare, Domine, in fortitudine tua; cantabimus et
psallemus fortitudines tuas.

16 1-7 *om.* **T** || 1 auribus—meam *om.* **P** || 5 et] ut **C**, *cf.* rg || 7 in te + rg : *om.* h || 8 me^{2} *om.* **P*** || 15 autem h (FA.) + rg : *om.* h

17 2 mea et redemptor meus α (*ex 18,15*)

18 13 *om.* **C*** | meis h (IAKS.) + rg : *om.* h | me **P** h + g : me domine α h (CΣ) + r || 14 a—tuum] et ab alienis parce seruo tuo **C^{a}T** + rg || 15 *om.* α (*cf. ad 17,2 et 19,8*)

19 8 dei nostri *om.* **P** | recordabimur oris mei **C** (*ex 18,15*)

20 14 psallimus **P*C** h (ΣΑΚΘ), *quod si auct., A secutus, scripsit, corrigendum* | uirtutes **T** + rg

16 5 sustenta **P** || 7 mirabilem **C** || 15 iustitia· **T**

18 15 domine **P^{c}**

21 [20]Tu autem, Domine, ne longe facias; fortitudo mea, in auxilium meum festina.
[21]Erue a gladio animam meam; [22]salua me ex ore leonis.

22 [6]Et benignitas et misericordia subsequitur me omnibus diebus uitae meae,

23 [5]et accipiam benedictionem a Domino.

24 [1]Ad te, Domine, animam meam leuabo.
[4]Vias tuas, Domine, ostende mihi; semitas tuas doce me.
[5]Deduc me in ueritate tua, et doce me quia tu es Deus saluator meus.
[7]Peccatorum adulescentiae meae, et scelerum meorum ne memineris.
Secundum misericordiam tuam recordare mei.
[11]Propter nomen tuum propitiare iniquitati meae, quoniam grandis est.
[16]Respice in me et miserere mei; [17]de angustiis meis educ me.
[18]Vide humilitatem meam et laborem meum, et porta omnia peccata mea.

21 20 longe **T**^{r} | facias **C** h (FIAK), *cf.* r (*fort. uerbum absolute usurpatum: cf. Rönsch 366*) : fias **P** h : sis a me **T**^{r}, *cf.* r
22 6 tua (**P**^{a}**T**^{a} h [Ω.] + rg) subs. | subsequitur **P*C** h (AK) + rg (-etur h) : -atur **P**^{c} h (Λ.) : -entur **T** h (ΣΘ)
23 5 et accipiam (*ut cum 22,6 congruat*)] accipiet h
24 1 leuo **P** h (RL) || 4 et (**P**^{a}**T**^{a} h [ΘΛΩ.] + rg) semitas || 5 me domine **T** | et *om.* **P** | es h (IAK) + rg : *om.* h || 7 misericordiam **P** h + g : magnam m. α + r || 11 iniquitate **C*** || 17 angustis **C** || 18 humilitatem α h (AK.) + rg : adflictionem **P h** | et—meum *om.*

22 6 et[1] **C** | me· **T**
23 5 et **C**
24 7 meae· **T** | tuam· **PT** || 11 tuum· **T**

20Custodi animam meam, et libera me.

25 8Domine, dilexi habitaculum domus tuae.
9Ne auferas cum peccatoribus animam meam; 11redime me et miserere mei.

26 1Dominus lux mea et salutare meum: quem timebo?
7Audi, Domine, uocem meam inuocantis; miserere mei et exaudi me.
9Ne abscondas faciem tuam a me; ne declines in furore a seruo tuo.
Auxilium meum fuisti: ne derelinquas me, et ne dimittas me, Deus saluator meus.
11Ostende mihi, Domine, uiam tuam, et deduc me in semita recta propter insidiatores meos.
12Ne tradas me, Domine, animae tribulantium me.
13Ego autem credo quod uideam bona Domini in terra uiuentium.

27 2Audi, Domine, deprecationem meam, cum clamauero ad te.
3Ne tradas me cum impiis et cum operantibus iniquitatem.
7Dominus fortitudo mea et scutum meum.

28 2Adorate Dominum in decore sancto.

P || 20 et—25,9 *om.* α

26 1 tuum **C** || 7 uocem *om.* **C*** | meam **P** : te **T**r : *om.* **C** || 9 furore tuo h (– ΘΛ., *cf.* rg) || 11 et *om.* α

27 3 tradas h (ΙΑΚΘΣ) + rg : -has h | impiis] peccatoribus **T** + rg || 7 deus **T** | meum *om.* α

26 7 mei· **T** || 11 recta· **PT** || 13 ego **P***
27 3 impiis· **P** : peccatoribus· **T** (*uid. app. crit.*)
28 2 adorate α

29 [11]Audi, Domine, et miserere mei.
Domine, esto adiutor, [13]ut laudet te gloria et non taceat.
Domine Deus meus, in sempiternum confitebor tibi.

30 [2]In te, Domine, speraui; non confundar in aeternum: in tua iustitia salua me.
[3]Inclina ad me aurem tuam; uelociter libera me.
[4]Quia petra mea et munitio mea tu es, [6]in manu tua commendabo spiritum meum.
[16]In manu tua tempora mea.
Libera me de manu inimicorum meorum et persequentium me.
[17]Ostende faciem tuam super seruum tuum; salua me in misericordia tua.

31 [1]Beatus cui dimissa est iniquitas, et absconditum est peccatum.
[5]Peccatum meum notum facio tibi, et iniquitatem meam non abscondo.
[7]Tu es protectio mea, ab hoste custodies me.

32 [18]Ecce oculi Domini super timentes eum, et expectantes misericordiam eius.
[22]Fiat misericordia tua, Domine, super nos, sicut expectauimus te.

29 13 ut] et **T** h (Ω.) | gloria mea **T** h (Θ.) + rg | aeternum α h (B.) + rg

30 2 tua iustitia α h (AK.) + r : *trsp.* **P** h + g || 3 libera] exaudi **T**, *cf. ps. 68,18* rg || 4 petra—tu] fortitudo mea α, *cf.* g || 6 manus tuas **C**[c]**T** + rg | commendabo α h + g : -do **P** h (FI) + r || 17 salua—tua *om.* α

31 1 demisa **C** || 5 abscondito **CT***

32 18 oculi α h (FIAKS.) + rg : -us **P** h | domine **C** | et] et super **T**[a] : *om.* **C** h (AΛ.) *sed cf. 146,11 infra* || 22 fiat α h (IAK.) +

30 4 quia **C** || 6 In **P**[c] || 16 in **T** | meorum· **PT** || 17 tuam· **T**

33 [2]Benedicam Domino in omni tempore; semper laus eius in ore meo.
[4]Magnificate Dominum mecum, et exaltemus nomen eius pariter.
[5]Quaesiui Dominum et exaudiuit me, et de omnibus angustiis meis liberauit me.
[9]Gustate et uidete quoniam bonus Dominus; beatus uir qui sperat in eo.
[10]Timete Dominum, sancti eius, quoniam non est inopia timentibus eum.
[11]Quaerentibus autem Dominum non deerit omne bonum.
[21]Dominus custodit omnia ossa eorum; unum ex eis non confringetur.
[23]Redimet Dominus animas seruorum suorum.

34 [1]Iudica, Domine, aduersarios meos; pugna contra pugnantes me.
[2]Adprehende scutum et hastam, et consurge in auxilium meum.
[3]Dic animae meae: Salus tua ego sum.
[9]Anima autem mea exultabit in Domino, et laetabitur in salute sua.

rg : sit **P** h | exspectabimus **C** : sperauimus **T**^{r} + rg | te] in te α h (BIAK.), *quod si auct., A secutus, scripsit, corrigendum*

33 2 dominum α h (RΣΘL) + rg || 9 est (**P**^{a}α h [Λ.], *cf.* rg) dominus || 10 omnes sancti α h (IΩ.) + rg || 21 dominus *sic* rg, *cum uersu praecedenti* h | eorum h (O.) + rg : eius h | eis **PC** h + r : his **T** h (Ω.) + g || 23 animas h (IΣAKΘS) + rg : -am h

34 1 inpugnantes **P** h (ΘΛ.) + r || 2 astam **C** || 9 exultauit **C** h (RFA), *quod si auct., A secutus, scripsit, corrigendum* | et **P** h + r : *om.* α h (Θ.) + g | sua] tua α h (RIAK), *quod si auct., A secutus, scripsit, corrigendum*

33 11 dominum· **T**
34 3 dic **T**

[18]Confitebor tibi in ecclesia grandi, [28]et lingua mea meditabitur iustitiam tuam, tota die laudem tuam.

35 [6]Domine, in caelo misericordia tua. [8]Quam pretiosa est misericordia tua, Domine,
[10]quoniam tecum est fons uitae, et in lumine tuo uidebimus lumen.
[11]Adtrahe misericordiam tuam scientibus te, et iustitiam tuam rectis corde.
[12]Ne ueniat mihi pes superbiae, et manus impiorum non me commoueat.

36 [25]Puer fui siquidem senui, et non uidi iustum derelictum,
[28]quia Dominus diligit iudicium, et non derelinquet sanctos suos; in aeternum custoditi sunt, [40]et auxiliabitur eis Dominus.

37 [2]Domine, ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripias me.
[16]Te enim, Domine, expectabam; tu exaudies, Domine Deus meus.
[21]Quia sequebar bonum, [22]ne derelinquas me.
Domine Deus meus, ne elongeris a me; [23]festina in auxilium meum, Domine Deus salutis meae.

35 8 quia pretior **C** | est *om.* **C*T** h (ΘΛ.) | deus **T** + rg || 10 et h (BΘ.) + r : *om.* h + g | uidemus **C** || 12 ne] non **P** h (ΣH) + rg
36 25 fui *om.* **T**[r] | senui] fui **T**[r] || 28 diliget **C**
37 16 expectabam domine **T** || 22 <e>longeris **C** h (I.) || 23 deus α h (AΘ) + r, *cf. 50,16 infra* : *om.* **P** h + g | me<ae> **C**

36 28 *fort.* In *scribendum*
37 16 Tu **P*** || 21 quia **P*T** || 22 Ne[1] **T** | domine α | Ne[2] **C** || 23 Festina **T**

38 [8]Praestolatio mea tu es: [9]ab omnibus iniquitatibus meis libera me.
Obprobrium stulto ne ponas me; [11]tolle a me plagas tuas.

39 [2]Expectans expectaui Dominum, et inclinatus est ad me,
[3]et audiuit clamorem meum: [14]Domine, ad adiuuandum me festina.
[17]Gaudeant et laetentur in te qui quaerunt te.
[18]Auxilium meum et salutare meum tu: Deus meus, ne moreris.

40 [5]Ego dixi: Domine, miserere mei; sana animam meam quia peccaui tibi.
[11]Tu autem, Domine, miserere mei.

41 [2]Sicut areola praeparata ad inrigationes aquarum, sic anima mea praeparata est ad te, Deus.

42 [1]Iudica me, Deus, et discerne causam meam a gente non sancta; a uiro doloso et iniquo salua me.
[2]Tu enim es fortitudo mea: quare proiecisti me?

38 9 obproprium **T**
39 2 ad me *om.* **T** || 3 exaudiuit α + rg || 17 in te *om.* **P** + r || 18 tu (*post quod* es **P**[a] *ex* g, *cf.* r) **P** h : *om.* α, *cf. 69,6 infra*
40 5 quia h (B.) + r : quoniam h + g
41 2 ariola **C** | praeparata[1]] praepara **C*** (-ta est **C**[a])
42 1 non] et non **CT*** | uino **C*** | libera **P** h (FL) || 2 es (*cf.* rg)] deus h

38 9 obprobrium **C** : obproprium **T** (*uid. app. crit.*) || 11 Tolle **C**
39 2 expectans **C** | Et **C** || 3 et α || 14 Domine α || 17 gaudeant α | te[1]· **T** (*sed in 69,5 sine interpunctione*) || 18 auxilium **P**
40 11 tu **T**
42 1 meam· **T** (*sim. post* sancta; *cf. 119,2*)

43 [26]Surge, auxiliare nobis, et redime nos propter misericordiam tuam.

44 [7]Thronus tuus, Deus, in saeculum et in aeternum.
[18]Propterea populi confitebuntur tibi in saeculum et in aeternum.

45 [2]Deus noster, spes et fortitudo, auxilium in tribulationibus inuentus es ualidum.

46 [3]Rex magnus super omnem terram.
[7]Canite Deo, canite; canite regi nostro, canite.

47 [15]Quia ipse est Deus Deus noster in saeculum et in perpetuum, ipse erit dux noster in morte.

48 [16]Verumtamen Deus redimet animam meam de manu inferni, cum adsumpserit me.

49 [1]Fortis Deus Dominus locutus est: [8]Non propter uictimas tuas arguam te, et holocaustomata tua coram me sunt semper.

43 26 surge et **C**
44 7 et *om.* α | in *om.* $\mathbf{T}^{r}$ || 18 tibi *om.* **C**
45 2 noster h (FIAK) + rg : -tra h
46 7 canite] cantate **C** h (Λ.) | deo] d. nostro **T** h (Ω.) + rg | reti **C***
47 15 est h (RA) + rg : *om.* h | deus^2 *om.* α h (ΣΛ.) + r | lux α | monte α
48 16 inferni **PC** h (AK.) : inferi **T** h + rg
49 1 dominus deus **T** || 8 tuas *om.* **T** | holocaustamata **C** ||

43 26 surge **C**
48 16 meam· **T** (*distinctionem post* inferi [*uid. app. crit.*] *om.*)

[9]Non accipiam de domo tua uitulum, neque de gregibus hyrcos.
[10]Mea sunt enim omnia animalia siluarum.
[11]Scio omnes aues montium, et uniuersitas agri mecum est.
[12]Si esuriero non dicam tibi; meus est enim orbis et plenitudo eius.
[14]Immola Deo laudem, et redde Altissimo uota tua.
[15]Et inuoca me in die tribulationis: liberabo te et glorificabis me.
[23]Qui immolat confessionem glorificat me, et qui ordinate ambulat ostendam ei salutare meum.

50 [3]Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam.
Iuxta multitudinem miserationum tuarum dele iniquitates meas.
[4]Multum laua me ab iniquitate mea, et a peccato meo munda me,
[5]quoniam iniquitates meas ego noui, et peccatum meum contra me est semper.
[6]Tibi soli peccaui, et malum coram te feci.
[11]Absconde faciem tuam a peccatis meis, et omnes iniquitates meas dele.
[12]Cor mundum crea mihi, Deus, et spiritum stabilem renoua in uisceribus meis.
[13]Ne proicias me a facie tua, et spiritum sanctum tuum ne auferas a me.

9 gregibus tuis h | hirchos **C** || 10 om<nia a>nimalia **C*** || 12 orbis terrae α h (K*Θ) + rg || 14 laudes **P** || 23 meum] dei h (– IAKL, *cf. ps. 90,16*)

50 3 magnam *om.* h (– IAKS + rg) || 4 laba **C** | omni iniquitate **C** || 5-11 meis *om.* α || 12 mihi] in me **T** + rg ||

49 10 mea **P**^{c} || 11 scio α || 23 confessionem· **T** | ambulat· **PT**
50 3 tuarum· **T**

14 Redde mihi laetitiam Iesu tui, et spiritu potenti confirma me.
16 Libera me de sanguinibus, Deus Deus salutis meae; laudabit lingua mea iustitiam tuam.
17 Domine, labia mea aperies, et os meum adnuntiabit laudem tuam.
19 Sacrificium Dei spiritus contribulatus; cor contritum et humiliatum Deus non despiciet.

51 3 Misericordia Dei tota est die.
10 Ego sicut oliua uirens in domo Dei, speraui in misericordia Dei in saeculum sempiternum.

52 7 Exultabit Iacob, et laetabitur Israhel.

53 3 Deus, in nomine tuo salua me, et in fortitudine tua ulciscere me.
4 Deus, exaudi orationem meam, auribus percipe uerba oris mei.

54 2 Exaudi, Deus, orationem meam, et ne despicias deprecationem meam; 3 adtende mihi et exaudi me.
24 Ego autem fiduciam habeo tui.

16 mea<e> **C*** || 17 annu<n>tiabit **T**^{c} (adn- **T***) || 19 deo **T** h (SL^{2}.) + rg | despiciet **C** h (IAK[*ambo* di-].) : despicies **PT**^{c} (di- **T***) h (di-) + g^{plur}

51 10 ego autem **P** h (– IAK) + rg | sempiternum *om.* α

52 7 exultauit **CT*** h (AK.), *quod si auct., A secutus, scripsit, corrigendum* | et h (RFCΣΘS), *cf. 13,7 supra* : *om.* h

53 3 saluum me fac **T** + rg || 4 auribus—54,2 meam^{1} *om.* α

54 2 despicias **P**^{c}**C** h (FCI) : di- **P*** h : despexeris **T**^{c} (di- **T***) + r (di-) g || 3 me *om.* **P*** h (LO.) || 24 habebo α h (SL), *cf.* rg

51 3 dei· **T**

55 [4]In quacumque die territus fuero, ego in te confidam.
[5]Non timebo quid faciat caro mihi; [10]hoc scio quia Deus meus es.

56 [2]Miserere mei, Deus, miserere mei, quoniam in te sperauit anima mea.
In umbra alarum tuarum sperabo, donec transeant insidiae.
[3]Inuocabo Deum altissimum, Deum ultorem meum.
[4]Mittet de caelo, et saluabit me.

57 [12]Vere est Deus iudicans in terra.

58 [2]Erue me de inimicis meis, Deus meus, et a resistentibus mihi protege me.
[10]Fortitudinem meam ad te seruabo, quoniam tu Deus eleuator meus; [11]Dei mei misericordia praeueniet me.
[17]Quoniam factus es fortitudo mea, et refugium in die tribulationis meae,
[18]tibi cantabo, quoniam Deus adiutor meus, fortitudo mea, Deus misericordia mea.

59 [13]Da nobis auxilium in tribulatione, uana est enim salus ab homine.

